

fluvium, clementiori subjecta cœlo,
 frequens incolis, armentis frugibusque
 læta; vitæ veræ ac salutis expers. Hæc
 generosos Christi milites vocat. Nec
 non altera longe isti dissimilis, quæ
 rigidis circa Hudsonium sinum, à gradu
 LV. ad LX. aut LXX. subjecta septen-
 trionibus, nivibus ac pruinis demersa,
 tanto æquius implorat opem, quanto
 gravioribus incommodis conflictatur.
 Hic Societas ante annos paucos prima
 cœpit figere vestigia. Illucescet illa,
 spero, dies, cum obvallatum periculis
 ac laboribus iter eadem perrumpet.
 Non sine magno molimine claustra
 Tartari, oppressas injusta servitute ani-
 mas retinentis, perfringuntur; neque
 illa ipsa, tot florens modo coloniis,
 Missio Canadica statim suam est ma-
 turitatem adepta. Ægrè per sexdecim